www.e-rara.ch

# Lilii Gregorii Gyraldi de annis et mensibus, caeterisque temporum partibus, difficili hactenus & impedita materia, dissertatio facilis & expedita

**Giraldi, Giglio Gregorio**

**Basileae, 1541**

**Universitätsbibliothek Basel**

Shelf Mark: UBH CE IV 9:3

Persistent Link: http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-266

Illustrissimae Ferrariae ac Carnuti principi divae Renatae Galliarum regis Lodovici duodecimi filiae, Lilius Gregorius Gyraldus s. d.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ILLVSTRISSIMAE FERRA RIAE AC CARNVTI PRINcipi Diuæ RENATAE Galliarum Regis Lodouici duodecimi filiæ, Lilius Gregorius Gyraldus S. D.

NON ſum neſcius, Princeps illuſtriſsima, ſi hoc meum de annis & menſibus cæteriſq; eorũ partibus commentarium, quod ad agnitionem animi pulcherrimum eſt, & quod proximis diebus confeci, edere uoluero, fore ut in uarias reprehenſiones incurram, meq; nõ modo obiurgatoribus, ſed & obtrectatoribus obijciam. Nam nonnullos qui ſe Ciceronianos haberi uolunt, iam nunc illud mihi obijcere audio, q̊d minus Ciceronis imitator fuerim, meusq; hic ſtylus nimis humi ſerpat. Alios uero, q̊d quæ ex Philoſophorum monumentis hauſi, non à me ſatis exploratè percepta, minusq; cõmodè digeſta, & perinde confuſe, nec enucleatè à me prodita, quin ex hac in illam plerunq; hæreſin me tranſiluiſſe. Quidam & illud mihi impingent, quod in mathematicis diſciplinis, in quibus fermè res tota de qua agimus conſiſtit, nõ uſqueadeo rationes obnixè ad calculum reuocarim, neq; ad particulas primaq; elementa deduxerim. Poſtremò & pleroſque futuros ſuſpicor, qui mihi uitio

dabunt,quod in græcis uertendis uel parum
expresse,uel uerbum penè pro uerbo reddide
rim. Alia porrò multa eos mihi uitio datu-
ros sentio,qui in alienis censendis taxandisq;
studium omne suum impendunt, quiq; alio-
rum studia nõ in angulis modo,sed & in cir-
culis & coronis uellicant. Quibus omnibus
si respondere,meq; ab eorum maledictis ob-
trectationibusq; tueri uelim, mihi sic infir-
ma ualetudine & malè affecto, & laborio-
sum nimis foret, & in longum nimis sermo
traheretur. Qua ratione factum est, ut te
præ cæteris meo huic commentario patro-
nam ac fautricem adoptarim, idque ideo ti-
bi quàm alij credere & committere malui,
ut (si tibi ita uidebitur) in apertum lucemq;
sub tuo nomine prodeat, quo ueluti Pal-
ladis (quod aiunt) clypeo, à calumnian-
tium obtrectationibus protegatur. Id quod
facillimè facere poteris, propter tuam sum-
mam autoritatẽ, & qua in studiosis bonisq;
omnibus iuuandis animi propensione à pri
mis usque annis fuisti, iam tum sub maxi-
mo Rege parente tuo Ludouico duodeci-
mo. Locus hic exposcere uidebatur, ut in
laudes tuas immortalitate dignas excurre-
rem, sed meæ exiguitatis conscius, & tuæ
sublimitatis, eas suo Regiæ celsitudinis fasti
gio malui notas præterire,quàm ingenij mei
imbecillitate deterere. Nam quid dicam san-
ctissi-

ctißimos mores tuos , uitæ integritatem, misericordiam, & largas manus in pauperes? Quid, inquam, pietatem & religionem in Deum optimum maximum, quàm castè, quàm mundè colas? Illa uero notiora, te literis sacris, uirtutibusq́ omnibus ornatißimam: quibus rebus non modo nostræ ætatis mulieribus antecellis, sed antiquas illas Heroidas æquas. Te igitur omnibus his de causis patronam ac tutricem delegi, meq́ tutelæ tuæ cōmendaui, ut me, reliquumq́ quantulumcunque uitæ superest, quali cœpisti ope ac præsidio iuues. Nam detractoribus quidem his uelut offis ora ipse obstruam, me uidelicet post alteram & alteram bonorum & facultatum omnium direptionem, optimorumq́ amicorum amißionem, uelut addictum cuidam quasi perpetuo carceri, non quidem ex edicto prætoris, non alicuius principis iussu, sed impotentis nouercæ naturæ iniquißimo imperio: me adeò articularibus dolorib. toto corpore affligi, torqueri, ut ex multis annis non modo ex ędibus & è cubiculo pedem efferre nō detur, sed uix per interualla morbi sella curuli sedere ac perpaululum uehi. Sed tamē tot his malis sic conflictatus, nō angori penitus ac inertiæ me demitto, sed cum nonnihil aliquando

ſe dolores remiſerunt, aliquid interea meditor (ſi minus ſcribere poſſum) qualecunque, quod ſtudioſæ iuuentuti prodeſſe poſsit. q̊d cõtingat utinam. nam ſic equidem fructum cepero laboris, & non parũ ſimul leuationis, & ſolatij languoris, diurniq́; morbi. Quod ſi his contra uituperatores parum profecero, obtrectariq́; illi non deſinant, ualento: neq; idcirco tamen pedem ipſe retraham, quo minus ſemper aliquid tale faciam, ut uel me in tanta ualetudinis imbecillitate utcunque ſuſtentem. Tu uero Princeps tot conſpicua dotibus, quantulaſcunq; has noſtras ipſa lucubrationes accipe ac foue, ſi non quidem Regia tua maieſtate & uirtutib. dignas, meæ ſaltem cõditioni & fortunæ cõuenientes. Vale.

## AD LECTOREM.

*Dum nos ſecla, dies, menſes metimur & annos,*
*Obrepit tacito mors inopina gradu,*
*Quæ ferret æthercam'ue diem, noctem'ue profundam.*
*Acta tibi qualis, talis agenda dies.*